

Ad *Hesperidis* L. generis species in Haemo crescentes adnotationes aliquae

Několik poznámek k druhům rodu *Hesperis* L.
rostoucím na Balkánském poloostrově

František Dvořák

Katedra botaniky přírodovědecké fakulty University JEP v Brně

Received February 5, 1964

Abstract — Sectionis *Hesperidis* divisionem revido; duas species novas — *Hesperidem verroianam* *Hesperidem rechingerique* — describo; *Hesperidem silvestrem* CRANTZ var. *siliquo-glandulosam* ROHL. pro specie teneo; pro lectotypo *Hesperidis theophrasti* specimen 110036 BPU destino; novam formam dispersionemque huius speciei describo.

1. Sectionis *Hesperidis* divisio

CVĚLJEV (1959) sectionem *Hesperidem* in has tres series divisit:

1. *Matronales* CVĚL. Mat. Gerb. Inst. 19 : 121, 1959; 2. *Bicuspidatae* CVĚL. 121 Mat. Gerb. Inst. 19 : 150, 1959; 3. *Armenae* CVĚL. Mat. Gerb. Inst. 19 : 151, 1959.

CVĚLJEV affirmat series *Matronales* praesertim plantas biennes, series *Bicuspidatae* perennes seriesque *Armenae* praesertim perennes habere debere. Sententia mea hoc caractere uti non possumus. *H. matronalis* L. subsp. *matronalis* var. *nivea* (BAUMG.) PREISSM. in Haemo frequenter crescens ac *H. dinarica* G. BECK perennes sunt. *H. matronalem* L. subsp. *matronalem* var. *matronalem* quasi spontaneam crescentem in Karlov loco (Moravia septentrionalis) plantam perennem vidi. Ipse CVĚLJEV (1959) scribit speciem *H. hirsutissimam* (N. BUŠ) CVĚL., *H. adzharicam* CVĚL., *H. robustam* (N. BUŠ) CVĚL. perennes esse. *H. voronovii* N. BUŠ secundum CVĚLJEVUM planta biennis usque perennis. Hoc indicat: e 14 speciebus in seriem *Matronales* a CVĚLJEVO lectis, 5 plantae perennes ac 3 biennes usque perennes sunt.

Etiam petalorum laminae forma mutabilis est. Aliquae seriei *Matronales* species laminam obovatam usque suborbicularem, ceterae oblongam habent. Veluti diploideae ac evolutione antiquae *H. sylvestris* CRANTZ (Ic. 1, fig. 19) laminae petalorum forma eadem ut in *H. bicuspidata* (WILLD.) POIR. (Ic. 1, fig. 13—17) seu in *H. buschiana* CVĚL. (Ic. 1, fig. 18) est. Contra ea petalorum laminae forma *H. violaceae* BOISS. (Ic. 1, fig. 20), quam CVĚLJEV (1959) in *Armenae* sectionem posuit, obovata ut in seriei *Matronales* est.

Quod ad pubem attinet, iam BORRÁS (1902 et 1903) secundum vestimentum *Hesperidis* generis plantas in glandulosas et eglandulosas atque has deinde in haplotrichas et cladotrichas divisit. Ob eam rem ordinem naturalem constituere non potuit. Veluti *H. dinaricam* G. BECK in glandulosis, *H. degenianam* BORR., quae in Haemo austroorientali crescit et *H. dinaricae* proxima est (DVOŘÁK, 1965), in eglandulosis posuit.

Hesperides Hesperidis sectionis neque perennitate, neque petalorum laminae forma, neque vestimento distinguuntur. Meo iudicio florum bracteis solum *H. armena* ab omnibus ceteris speciebus differt. Itaque distinguo:

1. Ser. *Matronales* CVĚL. Mat. Gerb. Inst. 19 : 121, 1959 emendo.

Typus nomenclatorius: *Hesperis matronalis* L.


Syn.: *Hesperis* L. sect. *Hesperis* ser. *Bicuspidatae* CVĚL. Mat. Gerb. Inst. 19 : 150, 1959. —

Hesperis L. sect. *Hesperis* ser. *Armenae* CVEL. Mat. Gerb. Inst. 19 : 151, 1959 p. p.
 Diagnosis: Flores ebracteati. Petalorum lamina ab obovata ad oblongam varians.
 Plantae biennes usque perennes.

2. Ser. *Armenae* CVEL. Mat. Gerb. Inst. 19 : 151, 1959 p. p. emendo.

Typus nomenclatoricus: *Hesperis armena* Boiss.

Diagnosis: Flores bracteati. Petalorum lamina oblonga. Plantae perennes.



lc. .1 — *Hesperis rechingeri* DVOŘÁK sp. nova. Petalorum laminae forma: fig. 13: *Hesperis bicuspidata* (WILLD.) POIR. (exs. no. 70, 138 — sub *Hesperis violacea* BOISS.; 197673 PR); fig. 14: *Hesperis bicuspidata* (WILLD.) POIR. (exs. no. 3163; PRC); fig. 15: *Hesperis bicuspidata* (WILLD.) POIR. (exs. no. 1916 — sub *Hesperis armena* BOISS.; PRC); fig. 16: *Hesperis sintenisii* HAUSSKN. ex BORN.; 197668 PR); fig. 17: *Hesperis bicuspidata* (WILLD.) POIR. (exs. no. 5660; PRC); fig. 18: *Hesperis buschiana* CVEL. (exs. no. 3867 — sub *Hesperis armena* BOISS.; 197623 PR); fig. 19: *Hesperis sylvestris* CRANTZ (BRNU, locus Ivančice); fig. 20: *Hesperis violacea* BOISS. (exs. no. 81; leg. PINARD; Herb. Mus. Atheniense). Del. DVOŘÁK.

2. *Hesperis verroiana* species nova

Sectio: *Hesperis*. Series: *Matronales* CvĚL. Mat. Gerb. Inst. 19 : 121, 1959 emend. DVOŘÁK h. l.

Planta perennis, (18)–21–(30) cm alta, dense pilis tecta (I c. 2, fig. 9). — Radix palaris. — Caulis erectus, dense pilis uniserialibus glanduliferis adpressis, interdum etiam pilis aequilongis bifurcatis eglandulosis paulum intermixtis tectus. — Folia radicalia caulinaque inferiora florendi tempore adsunt. Rosulae basalis folia atque folia caulina inferiora (I c. 2, fig. 10, 11) lyrata, raro oblonga, breviter petiolata, apice acuto, basi angustata, margine grosse dentata, ad basim versus usque sinuata; folia media (I c. 2, fig. 12) superioraque parva, sessilia, apice acuto usque breviter acuminato, basi contracta, margine remote denticulata usque subintegerrima. Folia omnia dense pilis tecta; folia radicalia praecipue pilis bifurcatis eglandulosis, folia caulina praecipue pilis uniserialibus glanduliferis canescentia; in foliorum vestimento etiam pili dichotomi simplicesque eglandulosi rarissimi. — Racemi simplices seu basi solum ramosi. Pedunculi pilis uniserialibus glanduliferis copiosis pilisque bifurcatis eglandulosis dispersis tecti. Pedunculi florendi tempore (3,5)–7,0–(12,0) mm longi, calyce $\pm$ aequilongi. Ad pedunculorum basim utrinque glandula parva ovoidea. — Calyx subviolaceus, aequis pilis ut in pedunculis tectus, apice pilis longioribus paucioribus simplicibus eglandulosis barbatus, (7)–8–(10) mm longus, unguis longius e calyce exsertus; petalorum lamina (I c. 2, fig. 8) obovato-oblonga, apice brevissime apiculato, intense violacea, (10)–12–(14) mm longa, (6)–7–(8) mm lata. — Siliquae erectae, dense pilis uniserialibus glanduliferis tectae. — Semina non vidi. — Grana pollinis: longitudo: $\bar{x} \pm 3$. $S\bar{x} = 34,05 \mu \pm 3$. $0,195 \mu$; $\pm s = \pm 1,952 \mu$; latitudo: $\bar{x} \pm 3$. $S\bar{x} = 25,50 \mu \pm 3$. $0,132 \mu$; $\pm s = \pm 1,317 \mu$. — Species florifera mense Aprili.

Habitat in Haemo montibus.

Holotypus: 193244 PR; schedae: Plantae macedonicae. mt. Doxa pag. Doleni prope Caraferia in annum 4/09 leg. „DIMONIE“.

Icones nostrae: Tab. IV, 1 et Ic. 2, fig. 8–12. Map. 1.


Affinitas: Haec species ab *H. theophrasti* BORR. siliquis glanduliferis, vestimento praecipue glandulifero et pedunculis florendi tempore calyce brevioribus usque aequalibus et non subduplo longioribus, ab *H. pycnotricha* BORR. et DEG. pilis uniserialibus glanduliferis, ab *H. sylvestri* CRANTZ var. *syvestri* foliis mediis superioribusque minoribus et margine eorum subintegerrimis, foliis omnibus canescentibus atque pilis bifurcatis eglandulosis in vestimento copiose intermixtis, ab *H. glutinosa* VIS. floribus intense violaceis et verosimiliter siliquis valvis facile dehiscentibus, ab *H. rechingeri* sp. nova granorum pollinis magnitudine, foliis radicalibus caulinisque inferioribus tempore florendi non deciduis atque foliorum mediorum superiorumque basi contracta differt.

Adnotatio: Nomen „verroiana“ secundum Véroia urbem (Véroia = Caraferia) originem ducit.

3. *Hesperis rechingeri* species nova

Sectio: *Hesperis*. Series: *Matronales* CvĚL. Mat. Gerb. Inst. 19 : 121, 1959 emend. DVOŘÁK h. l.

Planta biennis, 120 cm alta, pilis tecta (Ic. 2, fig. 2). — Radix palaris. — Caulis simplex, dense pilis longioribus uniserialibus glanduliferis, parte superiore etiam pilis brevioribus adpressis simplicibus bifurcatisque eglandulosis tectus. — Folia radicalia caulinaque inferiora non vidi, nam florendi tempore decidua sunt. Folia media superioraque sessilia basi lata subcordata subamplexicaulique, apice acuminato, margine dentata, ad basim versus usque sinuata. Folia omnia dense pilis uniserialibus glanduliferis, parte basali etiam pilis bifurcatis dichotomisque adpressis eglandulosis intermixtis tecta. — Racemi ramosi. — Pedunculi florendi tempore ± 5 mm longi, calyce breviores, pilis longioribus uniserialibus glanduliferis atque pilis adpressis brevioribus simplicibus bifurcatisque eglandulosis intermixtis tecti. Siliquarum maturarum pedunculi parum incrassati, (9)–10, 9–(13) mm longi. — Sepala lanceolata, subviolacea, basi pilis aequalibus ut in pedunculis tecta, apice pilis longioribus simplicibus eglandulosis barbata, 9–10 mm longa. Petala violacea; petalorum unguis 9–10 mm longus, petalorum lamina obovato-oblonga,



Ic. 2. — *Hesperis rechingeri* DVOŘÁK sp. nova: fig. 1: siliquarum dissepimenti cellulae; fig. 2: vestimentum. — *Hesperis siliquo-glandulosa* (ROHL.) DVOŘÁK comb. nova: fig. 3, 3a: folia summa; fig. 4, 6: folia media; fig. 5, 7: folia inferiora. — *Hesperis verrotiana* DVOŘÁK sp. nova: fig. 8: petalorum laminae forma; fig. 9: vestimentum; fig. 10, 11: folia inferiora; fig. 12: folium medium.

8 mm longa et 5–6 mm lata. — Siliquae erectae, nervo medio valide percursae, valvis facile dehiscentibus, brevissime rostratae, torulosae, dense pilis aequalibus ut in pedunculis tectae. — Semina fusca, cylindrica, 2 mm longa et 1 mm lata. — Grana pollinis: longitudo: $\bar{x} \pm 3 \cdot S_{\bar{x}} = 25,65 \mu \pm 3 \cdot 0,113 \mu$; $\pm s = \pm 0,971 \mu$; latitudo: $\bar{x} \pm 3 \cdot S_{\bar{x}} = 23,05 \mu \pm 3 \cdot 0,119 \mu$; $\pm s = \pm 0,987 \mu$. — Species florifera mense Maio.

Habitat in Macedonia austroorientali.

Holotypus: W; Acqu. 1960 No. 5370; scheda: K. H. RECHINGER, Iter Graecum VIII., 1956. 174/6. Macedonia occidentalis: Distr. Kozani, in monte Vourinon, in declivibus orientalibus, substr. serpent. In saxosis, 1600 m. 5.—7. VII.

Icones nostrae: Tab. IV, 2 et Ic. 2, fig. 1—2. Map. 1.

Affinitas: Haec species ab *H. theophrasti* BORB. pedunculis florendi tempore calyce brevioribus et dein parum incrassatis, siliquis dense pilis uniserialibus glanduliferis atque pilis simplicibus bifurcatisque eglandulosis sparsissime intermixtis atque vestimento praecipue glandulifero, ab *H. verroiana* sp. nova granorum pollinis magnitudine, foliis radicalibus caulinisque inferioribus florendi tempore iam emortuis, foliorum caulinarum mediorum superiorumque basi lata subcordata subamplexicaulique, ab *H. siliquo-glandulosa* (ROHL.) comb. nova pedunculis calyce brevioribus et dein parum incrassatis, ab *H. pycnotricha* BORB. et DEG. vestimento praecipue glandulifero, ab *H. glutinosa* VIS. valvis siliquarum facile dehiscentibus differt.

Adnotationes

1. Nomen secundum K. H. RECHINGERUM, clarissimum botanicum austriacum, qui holotypum legit.

2. *Hesperis rechingeri* ac *Hesperis theophrasti* in rupestribus Macedoniae austro-orientalis crescunt (map. 1). Hoc territorium ab initio semper terra sicca fuit. Contra ea *Hesperis sylvestris* CRANTZ, quae e *H. sibirica* L. originem habere videtur (DVOŘÁK, 1964), species verosimiliter iunior est. *Hesperis sylvestris* praecipue territorii, quod Paratethys (SENEŠ, 1959 et 1961) aquae inundaverunt, incola.

3. *Hesperis rechingeri* *Hesperidi theophrasti* BORB. proxima est, nam in eadem area geographica abundat, autem non solum morphologia sed etiam ecologia differt. Clarissimus ŠMARDÁ, qui hanc speciem (*H. theophrasti*) in Bulgaria australi anno 1963 legit, plantas sequentes in eo loco (collis „Chlm na Mladežta“ prope Plovdiv) inscribit: frutices: *Jasminum fruticans*, *Pistacia terebinthus*, *Cotinus coggyria*, *Rhus coriaria*, *Fraxinus ornus*, *Paliurus aculeatus*; herbae: *Trifolium parviflorum*, *Thymus comptus*, *Centaurea solstitialis*, *Haynaldia villosa*, *Koeleria cristata* subsp. *montana*, *Lolium strictum*, *Melica ciliata*, *M. transilvanica*, *Phleum boehmeri*, *Psilurus aristatus*, *Vulpia myurus*, *Carex contingua*, *Achillea coerctata*, *A. depressa*, *Convolvulus cantabricus*, *Cynosurus echinatus*, *Teucrium polium*, *Crepis pulchra*, *Orlaya grandiflora*, *Xeranthemum annuum* etc. Solo silicoso.

Hesperis rechingeri contra *Hesperidem theophrasti* secundum schedam in rimis saxorum serpentinicorum crescit. E locis in monte Vourinon (= Vuronon = Mount Vourinos), sito in regionibus australibus urbis Siatista (= Satishta) (Macedonia austroorientalis) species ceterae novae descriptae sunt. Vide de flora montis Vourinon opera sequentia: GOULIMIS (1960), RECHINGER K. H. fil. (1957, 1960), MÖSCHL (1961).

4. *Hesperis rechingeri* inter sectionem *Hesperidem* et sectionem *Pachycarpus* FOURN. Bull. Soc. Bot. France 14 : 334, 1866 emend. CVĚL. Mat. Gerb. Inst.

19 : 152, 1959 locum-qua-si-medium habet. Pedunculorum longitudo siliquarumque vestimentum sectioni *Pachycarpus* (praecipue *Hesperidi glutinosae* VIS). refert, at siliquarum valvae facile per longitudinem totam dehiscentes ut in *Hesperide* sectione sunt.

4. *Hesperis siliquo-glandulosa* (ROHL) comb. nova

Section: *Hesperis*. Series: *Matronales* CVĚL. Mat. Gerb. Inst. 19 : 121, 1959 emend. DVOŘÁK h. l.

Basionym: *Hesperis silvestris* CRANTZ var. *siliquo-glandulosa* ROHL. Věstn. král. čes. Spol. Nauk cl. mat. přír. 8 : 7, 1933.

Synonyma: *Hesperis runcinata* WALDST. et KIT. var. *siliquo-glandulosa* ROHL. Věstn. král. čes. Spol. Nauk cl. mat. přír. 8 : 7, 1933.

Planta perennis, 70–80 cm alta, pilis tecta. — Caulis erectus, pilis tectus: pili longiores reflexi simplices eglandulosi sparsi; pili breviores uniseriales glanduliferi pilique simplices eglandulosi aequilongi multi; pili breviores bifurcati eglandulosi rarissimi. — Folia radicalia caulinaque inferiora oblongo-ovata (Ic. 2, fig. 5 et 7) usque lyrata, petiolata, basi contracta, apice acuto, margine dentata; folia caulina media (Ic. 2, fig. 4 et 6) ovata, breve petiolata, basi subcordata, apice acuto, margine dentata; folia caulina superiora (Ic. 2, fig. 3 et 4) ovato-lanceolata usque lanceolata, brevissime saltem petiolata, basi contracta, apice acuminato, margine dentata. Folia omnia sparse vestita: nervus primarius dense, foliorum lamina sparse pilis longioribus simplicibus eglandulosis vestiti; foliorum lamina etiam pilis brevioribus uniserialibus glanduliferis pilisque simplicibus eglandulosis aequilongis intermixtis vestita; foliorum basis sparsissime etiam pilis bifurcatis eglandulosis dispersis tecta. — Racemi simplices vel basi solum ramosi (tab. V.3). — Pedunculi florendi tempore calyci aequales vel calycem paulo superantes, dein (10)–17,9–(20) mm longi. Inflorescentiae axis pedunculique sparse pilis uniserialibus glanduliferis pilisque simplicibus eglandulosis intermixtis vestiti; pili bifurcati eglandulosi rarissimi. — Flores intense purpureo-violacei. Sepala pilis aequalibus ut in pedunculis tecta, 8–10 mm longa; petalorum unguis 11–13 mm longus; petalorum lamina obovata, apice integerrimo, 12–14 mm longa et 10–11 mm lata. — Siliquae erectae, 5–9,5 cm longae, pilis simplicibus eglandulosis pilisque uniserialibus glanduliferis tectae. — Semina cylindrica, fusca, 2–3 mm longa et 1,5–2,0 mm lata. — Grana pollinis: longitudo: $\bar{x} \pm 3$. $S_{\bar{x}} = 28,26 \mu \pm 3$. $0,102 \mu$; $\pm s = \pm 1,025 \mu$; latitudo: $\bar{x} \pm 3$. $S_{\bar{x}} = 21,52 \mu \pm 3$. $0,090 \mu$; $\pm s = \pm 0,896 \mu$. — Species florifera mense Maio.

Habitat: mea sententia haec planta in silvis ad latera montium apud Cattaro urbem crescit. E his locis a BECK (1901) ceterae endemicae species afferentur.

Lectotypus: destino: PRC; scheda: *H. silvestris* CRANTZ var. *perglandulosa*. In silvis ad latera mtis Lovčen, versus Njeguši. 7. 1912 ROHLENA.

Icones nostrae: Tab. V, 3 et Ic. 2, fig. 3–7. Map. 1.

Affinitas: *Hesperis siliquo-glandulosa* vestimento, foliorum forma, florum dimensionibus *Hesperidi stevenianae* DC. affinis. Ab *Hesperide steveniana* area geographica, granorum pollinis forma et siliquis sparsius vestitis, ab *H. sylvestri* var. *sylvestri* foliis etiam summis brevissime saltem petiolatis atque seminum, granorum pollinis stomatorumque dimensionibus, ab *H. matronali* var. *matronali* florum magnitudine atque vestimento e pilis simplicibus eglandulosis pilisque uniserialibus glanduliferis, ab *H. theophrasti* florum magnitudine et siliquis glanduliferis differt.

Specimina visa: Montenegro; Lovčen apud Njeguši: 1912 ROHLENA PRC 3×. — Kotor: 1913 LATZEL 32281 BRNU. — Jankov collis apud Krivosije: herb. J. SCHNEIDER 1947/3574 W. — Dalmatia, Jankov collis super Cattaro: 14. 5. 1908 ZAHLBRUCKNER 75721 BP, 1911/7403 W et 1911/7404 W.


5. *Hesperis theophrasti* BORB. Magy. Bot. Lap. 1 : 377, 1902

Pro lectotypo destino: 110036 BPU; scheda: „P. SENTENIS: Iter thessalicum 1896. No. 221. *H. matronalis* L. Pindus Tymphaeus. In silva ad monaster. Witomo. HAUSSKNECHT.“ Planta dextra (pars media inclusive). Tab. V, 4.

Specimina visa: Alchar, Macedonia: 1893 DÖRFLER PRC, 1893/9294 W. — Kragujevac, Fridrichsthal No. 160: ? leg. W. — Galičica m. Goga in Jugoslavia 1600 m s. m.: 1938 LINDTNER 1939/11383 W (No. 1218). — Jugoslavia, „Niepur, 50 m w. s. w. of Skoplje Šar Planina, Macedonia; 4500 ft.“: 14. 7. 1959 STANTON (No. 8004) (f. *grandiflora* f. n.). — „Corob“ (= Korab) in Albania, solo calcareo: 7. 1908 „DIMONIE“ PRC, 2418 WU, 7076 W. — Rumelia: FRIWALDSZKY 144281 BP, 144284 BP, 1836 W, PRC. — Ad Monasterium Witomo in Pindo Tymphaeo: 1896 SINTENIS PRC, P, 110036 BPU, W (herb. HALÁCSY), 15963/33 BRNM, PR, 169455 PR. — Akarnania; ad Monasterium Romvo: MAIRE (non vidi, cit. sec. HALÁCSY, 1908). — „Pangaeon, 20 m w. of Kavala, Macedonia, 3500 ft.“: 2. 6. 1959 STANTON (No. 1737) 1961/6757 W. — „Chlm na Mladežta“: 1963 ŠMARDA BRNU. — Ljulin Planina in Bulgaria: 1948 GANČEV 34361 SOM, 34386 SOM. Map. 1.

Hesperis theophrasti BORB. f. *grandiflora* DVOŘÁK f. nova

Diagnosis: Flores ut in forma typica maiores: sepala 8–9 mm longa, petalorum unguis 10–12 mm longus, petalorum laminae dimensiones: 14–15 mm × 8–9 mm. *Holotypus*: 1961/6756 W.



Map. 1: ○ *Hesperis verroiana* DVOŘÁK sp. nova, ● *Hesperis theophrasti* BORB., ○ *Hesperis rechingeri* DVOŘÁK sp. nova, ⊕ *Hesperis siliquo-glandulosa* (ROHL.) DVOŘÁK comb. nova.

Souhrn

1. Proveden rozbor CVÉLJEVOVA (1959) rozdělení sekce *Hesperis* do tří řad. Zdůvodněno rozdělení na řady *Matronales* a *Armenae*.

2. Popsány nové druhy: *Hesperis verroiana* a *Hesperis rechingeri*; jako druh hodnotím ROHLENOVU (ROHLENA, 1933) varietu *Hesperis sylvestris* CRANTZ var. *siliquo-glandulosa*.

3. Upřesňuji areál *Hesperis theophrasti* BORB. a vystavuji novou formu: *H. theophrasti* BORB. f. *grandiflora*. Za lektotyp *Hesperis theophrasti* určuji položku 110036 BPU.

Literatura

BORBÁS V. (1902–1903): Hazánk meg a Balkán Hesperis-egyesintendő. — Magy. Bot. Lap. Budapest, 1: 161–167, 196–204, 229–237, 261–272, 304–313, 344–348 et 369–380; 2: 12–23.

- CVĚLJEV N. N. (1959): Rod *Hesperis* v SSSR. — Bot. Mat. Gerb. Inst., Moskva et Leningrad, 19 : 114—155.
- DVOŘÁK F. (1964): Filogenēticheskiye otnošenija vidov *Hesperis sylvestris* CRANTZ i *Hesperis sibirica* L. — Biológia, Bratislava, 19 : 649—659.
- (1965): An evolutionally younger group of the *Hesperis* genus on the Balkan Peninsula, in central and south-eastern Europe. — Publ. Fac. Sci. Univ. Brno, No 459, 1—20.
- FOURNIER M. E. (1866): Monographie du genre *Hesperis*. — Bull. Soc. bot. France, Paris, 13 : 326—361.
- GOULIMIS (1960): To oros Boyrinos kai e chloris toy. — To Boyno, Athenai, 1960 : 122—131.
- HALÁCSY E. (1908): Conspectus florum Graeciae suppl. — Lipsiae.
- MÖSCHL W. (1961): *Cerastium vourinense* MÖSCHL et RECHINGER species nova. — Bol. Soc. Broteriana, Alcobaça, 35 : 129—134 + 2 tab.
- RECHINGER K. H. fil. (1957): Plantae novae Graeco-macedonicae, imprimis serpenticolae. — Oest. Akad. Wiss., Wien, No. 2 : 21—27.
- (1960): Zwei neue Arten der Gattung *Anchusa* aus Griechenland. — Oest. bot. Z., Wien, 107 : 471—473.
- ROHLENA J. (1933): Neunter Beitrag zur Flora von Montenegro. — Věstn. král. čes. Spol. Nauk cl. mat. přír., Praha, 8 (1933) : 1—20.
- SENEŠ J. (1959): Súčasná znalosti o paleogeografii centrálnej Paratetidy. — Geologické Práce, Bratislava, 55 : 83—108.
- (1961): Paläogeographie des westkarpatischen Raumes in Beziehung zur übrigen Paratethys im Miozän. — Geologické Práce, Bratislava, 60 : 159—195.

Explanations of the plates:

- Tab. IV.: 1 — *Hesperis verroiana* DVOŘÁK sp. nova; holotypus. Photo NOVÁČEK.
 2 — *Hesperis rechingeri* DVOŘÁK sp. nova; holotypus. Photo NOVÁČEK.
- Tab. V.: 3 — *Hesperis siliquo-glandulosa* (ROHL.) DVOŘÁK comb. nova; lectotypus. Photo NOVÁČEK.
 4 — *Hesperis theophrasti* BORB.; lectotypus. Photo NOVÁČEK.

Folia geobotanica et phytotaxonomica bohemoslovaca

Editor-in-Chief: Dr. Slavomil Hejný CSc., Executive Editor:

CSc. Jaroslav Moravec,

(4 numbers a year, each number 96 pages, 8 figure plates;

Annual subscription 40.— Kčs; US \$ 6,—; £ 2. 2. 10)

Academia—Publishing House of the Czechoslovak Academy of Sciences
 Vodičkova 40, Praha 1, Czechoslovakia.

This new journal is devoted to geobotanical papers relating to general topics, such as the nature and structure of plant communities, their development and succession, the mutual relations of the components of plant communities and the investigation methods. It includes further special papers: Classification of individual groups of plant communities or of plant communities in particular areas, their ecology, their significance in nature and their production, vegetation mapping etc. Papers are also published on the autecology of individual species, on general problems of the invasion of aliens, on general problems of phytogeography, on methods of phytogeography as well as phytogeographical studies of individual species. In plant taxonomy papers on general taxonomical problems, special studies on individual species groups, on nomenclature and on experimental taxonomy are also accepted for publication.

Subscription inquiries should be addressed to Artia, P. O. Box 790, Praha 1, Czechoslovakia; publication exchange inquiries should be addressed to Botanical Institute of the Czechoslovak Academy of Sciences, Průhonice near Praha, Czechoslovakia.



F. Dvořák: Ad *Hesperidis* L. generis species in Haemo crescentes adnotationes aliquae

